Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

illud videtur expartum quod pretextu consuetudinis
taxatum recipitur quia ibi dicit . quod gratis recipi
potest quod fuit sine taxatione gratis oblatum dicit
glossa. quia taxatio est quedam vendicio ff. de iure dot.
plerumque § si. sicut autem est quedam pactio videtur pro quibus
nec gratis nec sponte videtur oblatum. similiter non
facit contra Joh. quod predicta sed potest legi quod quantum ad
pro consuetudine non est taxatum. sed si loquimur
in materia sigilli quod in omnibus partibus mundi certum
quod est taxatum per consuetudinem vel constitutionem. Sed
dubium adhuc est de dictis Joh. quia loquitur in colla-
tionibus spiritualium et in ordinationibus clericorum quia
in materia supra allegata generaliter et indebite reprobant dictam
consuetudinem de qua supra dicam. Sed tamen videtur mi-
chi quod non valet consuetudo in isto casu quod aliquid non
taxatum detur pro c. si quis prebendas. ibi nec sub tex-
tu alicuius consuetudinis aliquid vel plus aliquid exigatur
vel ipse dare presumat quia symoniacum est, et
ille textus tamen dicit vel ipse dare presumat est expresse
contra dictum Jo. in fine que. consuetudo primo talis consuetudo pre-
sumitur inducta ardore avaricie ut ibi colligitur
Sexto opponebatur de materia c. ad aures et c.
ad apostolicam de symo. Respondetur quod verum est quod non valet
consuetudo quod detur aliquid pro absolutione cadaveris sed potest
bene peti emenda ut satisfaciat de delicto et
contumacia sicut iustum est consuetum vel statutum
sed hoc non conveniret in collatione ordinum vel benefi-
ciorum Similiter non obstat c. ad apostolicam pro parte
Septimo dicebatur quod iura permittunt in aliquibus casibus
aliquid dare posse pro spiritualibus quare licet etiam non possit
consuetudo cum sim. simo. et doctores quod vero contra iura
vel precepta possit nova lex introduci quod etiam contra
ea potest induci consuetudo. Respondetur quod licet est verum
ubi ius expresse non resistit consuetudini ipsam de-
clarando irrationalem seu reprobando. sed hic reprobat
etc. Et in casibus in quibus permittitur aliquid recipi pro
spiritualibus non committitur symonia sicut si ali-
quis recipit aliquid ultra forte non tamen committitur